



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XLVII. De Mobilibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

prescriptiones. & l. mariti 29. §. hoc quinquennium 6. ff. de adult. Farin. 1. conf. trim. 54. num. 6.] Bertazol. conf. 126. num. 13. in fine. Card. Tusch. d. lit. M. concl. 294. num. 2. & 45. Polyd. Ripa d. cap. 4. num. 9. & 109. cum seqq. [nisi odium poenae instiget ad finem animæ, ut not. Anton. de Butr. in cap. omnes utriusque sexus per illum text. col. 3. vers. 2. quarent de poenitent. quem approbat & sequitur Felin. in cap. fin. in 1. col. de simon. citatus à Ludov. Gomez ad §. omnium Instit. de action. num. 25.] seu materia exorbitans, aut correctoria. Tiraq. d. gloss. 5. num. 71. Mandos. reg. 33. quest. 7. num. 3. vers. quinto, & ultimo. & reg. 11. quest. 16. num. 2. & reg. 22. quest. 30. num. 8. vers. amplius conditio. Card. Tusch. d. concl. 244. n. 26. Polyd. Ripa d. c. 4. n. 48. & num. 126. Et in respicientibus præjudicium tertii. Ruin. conf. 107. numer. 20. lib. 1. Cravett. conf. 491. num. 3. Hier. Gabr. conf. 197. num. 6. lib. 1. Surd. decis. 174. numer. 16. Polyd. Ripa d. c. 4. n. 127.

Mixtum non continetur sub simplici, nec dispositio loquens de simplici, habet locum in mixto in contractibus, ita Roman. in d. l. 2. in princ. num. 57. vers. sequitur quinto. Octav. Glorit. d. concl. 244. n. 12. Polyd. Ripa d. cap. 4. n. 32. & 33. ubi subdit, quod hoc fallit favore libertatis. Sic etiam statuta loquentia de simplici, non habent locum in mixto, [ut ait Bald. in l. omnes populi, col. 10. ff. de iust. & iur. per text. in l. quid ergo 13. §. 1. vers. ex sententia ff. de his qui not. infam. junct. l. 1. §. is qui 19. ff. de exerc. act. adde Joh. Crotum de Monteferrat in repet. l. Gallus. §. quid si tantum, in 22. col. vers. 8. conclusio. Carol. Ruin. ad rubr. de acquir. poss. col. fin. Papiens. in repet. rubr. de caus. possess. & propr. col. 6. num. 26.] quia in statutis facienda est stricta interpretatio. Bolognet. in repet. d. l. 2. in princ. num. 69. & 70. ubi Alex. n. 7. Tiraq. d. gloss. 5. num. 70. Card. Tusch. d. concl. 294. num. 16. cum seqq. Surd. decis. 174. num. 14. vers. & statutum. Polyd. Ripa d. cap. 4. num. 45. cum seqq. & num. 53. cum seqq. ubi ampliat, siue statutum loquatur de personis, siue de actibus, siue de artificio. Et quod in legatis mixtum non contineatur sub simplici, eo quod in illis sit strictè interpretatio, tradunt Roman. in d. l. 2. in princ. n. 10. vers. in legatis vero. & ibi Jason. col. 3. vers. unde ille text. Alciat. in repet. num. 19. Polyd. Ripa d. c. 4. num. 29. [Imò nec in dubio mixtum sub simplicibus comprehendi, respondet Bart. in l. 2. in pr. ff. de

V. O. ratio, quia in dubio à proprietate verborum non sit recedendum, l. 1. §. is qui navem 19. de exerc. act. l. 1. ff. de fonte. ex proprietate autem sermonis mixtum, sub simplicibus non contineatur. d. l. quid ergo 13. §. quod ait Prator 1. ff. de his qui not. infam. l. si ita scriptum 13. de lib. & posthum. Lud. Gom. ad §. sequens. n. 4. Inst. de act.

V.

MIXTUM omne sequitur naturam sui simplicis magis digni, l. queritur 10. ff. de stat. hom. l. cum aurum 10. §. fin. ff. de auro & arg. leg. l. quicquid 27. §. cum partes 2. ff. de acquirend. rerum domin. Ludov. Gomez. in cap. 1. num. 47. in fine, de rescript. in 6. Covar. pract. cap. 36. num. 5. Mandos. ad regul. 1. Cancell. quest. 10. num. 2. Menoch. conf. 661. num. 25. cum seqq. Melchior. Phœb. decis. 214. num. 3. tom. 2. [Casus enim mixtus à suo potentiori nomen assumit, d. l. queritur. 10. l. repetundarum 15. §. 8. de testib. Gail. l. 1. observat. 38. num. 7. Zaf. in §. quedam instit. de act. numer. 4. Brunnem. Conf. 67. n. 3. 6. 8. & Conf. 162. n. 749. quorum argumento respondit Signorol. conf. 48. col. ult. vers. præterea. hereditatis petitionem realem actionem dici sumpto nomine à re ut à potentiori: sic etiam idem Signorol. conf. 119. num. 19. consuluit bannitum relegati nomen assumere, ut potentius quam deportati: sic res temporalis Ecclesiasticæ junctæ Ecclesiasticæ, ut nomen à potentiori retinens judicatur, quemadmodum respondet Cravett. conf. 271. col. pen. cui add. & Dec. in l. rogasti. §. sit tibi, numer. 6. ff. si cert. pet. Alciat. in l. 2. in princ. numer. 42. de V. O. Menoch. 4. recup. poss. num. 32.

CAP. XLVII. De Mobilibus.

Axioma I.

Immobilia in quibusdam potiora sunt mobilibus, e.g. mobilia possidentes non censentur idonei & à cautione immunes l. 15. qui satisd. cog. alias magis expedit habere bona mobilia, quia illa portari quocunque possunt. Nov. 4. cap. 3. §. rerum. Perez. C. de debitor. Civit. n. 10.

II.

Mobilia pretiosa æquiparantur immobilibus, Carpz. L. 6. Resp. 118. n. 23. P. 2. Dec. 145. n. 27. p. 3. Dec. 284. num. 5. Process. Tit. 9. art. 5. num. 129.

III.

Mobilia personæ defuncti tenacissimè adherent, & de eo loco esse censentur, ubi defunctus domicilium habuit. Brunnem. conf. 119. n. 12. Mev. P. 2. Dec. 100.

CAP: